ieiunii. siue prandii si tempus fuerit prandii
mox ut surrexerint a cena sedeant omnes
in unum. et legat unus collationes uel uitas
patrum. aut certe aliquid quod aedificet au
dientes. Non autem eptaticum. aut re
gum. quia infirmis intellectibus non erit
utile illa ora. hanc scripturam audire.
Aliis uero horis legantur. Si autem ieiunii dies
fuerit. dicta uespera. paruo interuallo mox
ad lectionem accedant collacionum ut diximus.
Et lectis quatuor aut quinque folis uel quantum hora
permittit. omnibus in unum ocurrentibus per hanc mo
ram lectionis. Si quis forte in adsignato sibi commis
so fuerit occupatus. occurrat. Omnes ergo in unum
positi conpleant. et exeuntes a conpletoriis nul
la sit licencia denuo cuiquam loqui aliquid.
Quod si inuentus fuerit quisquam hanc praeuaricari taci
turnitatis regulam grauiori uindictae subiaceat.
Excepto si necessitas hospitum superuenerit.
aut abba alicui iusserit aliquid. Quod tamen
et ipsud. cum summa grauitate et moderatione. hones